

Stefan Biskupski

Kodeks Prawa Kanonicznego

Prawo Kanoniczne : kwartalnik prawnohistoryczny 7/1-2, 341-353

1964

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

D O K U M E N T Y

KODEKS PRAWA KANONICZNEGO

*Art. IV. — De Missarum
eleemosynis seu stypendiis*

*Can. 824. — § 1. Secundum
receptum et probatum Ecclesiae
morem atque institutum, sacer-
doti cuilibet Missam celebranti
licet eleemosynam seu stipen-
dium recipere.*

§ 2. Quoties autem pluries in
die celebrat, si unam Missam ex
titulo iustitiae applicet, sacer-
dos, praeterquam in die Nati-
vitatibus Domini, pro alia eleemo-
synam recipere nequit, excepta
aliqua retributione ex titulo ex-
trinseco.

**Can. 825. — Nunquam licet;*

1-o. Missam applicare ad in-
tentionem illius qui applicatio-
nem, oblata eleemosyna, petitu-
rus est, sed nondum petit, et
eleemosynam postea datam re-
tinere pro Missa antea applicata;

2-o. Eleemosynam recipere
pro Missa quae alio titulo de-
betur et applicatur;

3-o. Duplicem eleemosynam
pro eiusdem Missae applicatio-
ne accipere;

*Art. IV. — O ofiarach mszal-
nych czyli stypendiach*

*Kan. 824. — § 1. Według przy-
jętego i zatwierdzonego przez
Kościół zwyczaju oraz ustano-
wienia, wolno każdemu kapła-
nowi, który odprawia w czyjejs
intencji Mszę św., przyjąć ofia-
rę czyli stypendium.*

§ 2. Ilekroć natomiast odpra-
wia kilka razy dziennie, jeżeli
jedną Mszę św. ofiarował z ty-
tułu obowiązku sprawiedliwości,
poza dniem Bożego Narodzenia,
nie wolno kapłanowi za inną
przyjmować stypendium, z wy-
jątkiem jakiegos wyrównania
z tytułu zewnętrznego.

Kan. 825. — Nie wolno nigdy;

1-o. Ofiarować Mszy św. w
intencji tego, kto złożył ofiarę
z zamiarem, aby w przyszłości
prosić o Mszę, jednak o nią nie
prosił oraz zatrzymać później
ofiarowane stypendium za Mszę
już odprawioną wcześniej;

2-o. Przyjmować stypendium
za Mszę św., która się należy
i jest odprawiana z innego ty-
tułu;

3-o. Przyjmować dwa razy
stypendium za odprawienie jed-
nej i tej samej Mszy św.;

4-o. Alteram recipere eleemosynam pro sola celebratione, alteram pro applicatione eiusdem Missae, nisi certo constet unam stipem oblatam esse pro celebratione sine applicatione.

Can. 826. — § 1. Stipendia quae a fidelibus pro Missis offeruntur sive ex propria devotione, veluti ad manum, sive ex obligatione etiam perpetua a testatore propriis heredibus facta, *manualia* dicuntur.

§ 2. Ad instar *manualium* vocantur stipendia Missarum fundatarum, quae applicari non possunt in proprio loco, aut ab iis qui eas applicare deberent secundum tabulas foundationis, et ideo de iure aut Sanctae Sedis indulto aliis sacerdotibus tradendae sunt ut iisdem satisfiat.

§ 3. Alia stipendia quae ex fundationum redditibus percipiuntur, appellantur *fundata* seu *Missae fundatae*.

Can. 827. — A stipe Missarum quaelibet etiam species negotiationis vel mercaturae omnino arceatur.

Can. 828. — Tot celebrandae et applicandae sunt Missae, quot stipendia etiam exigua data et accepta fuerint.

Can. 829. — Licet sine culpa illius qui onere celebrandi gravatur, Missarum eleemosynae iam perceptae perierint, obligatio non cessat.

Can. 830. — Si qui pecuniae summam obtulerit pro Missarum applicatione, non indicans

4-o. Przyjmować jednego stypendium za samo odprawienie, drugiego za intencję w tej samej Mszy, chyba że wiadomo napewno, iż jedno stypendium było ofiarowane za samo odprawienie bez intencji.

Kan. 826. — § 1. Stipendia, które wierni ofiarują na Mszę św. z pobożności, niejako do ręki, lub też z obowiązku, nawet stałego, włożonego przez testatora na swoich spadkobierców, nazywają się *manualne*.

§ 2. Na podobieństwo *manualnych* nazywają się stipendia Mszy fundacyjnych, które nie mogą być odprawiane na miejscu albo przez tych, co obowiązani są do tego aktem fundacyjnym i dlatego na mocy prawa lub indultu Stolicy Ap. przekazane są do odprawiania innym kapłanom.

§ 3. Inne stipendia otrzymywane z dochodów fundacji nazywają się *fundacjami* czyli *Mszami fundacyjnymi*.

Kan. 827. — Od stypendiów mszalnych należy zdecydowanie odsunąć wszelki nawet pozór interesu lub handlu.

Can. 828. — Tyle należy odprawić i ofiarować Mszy św., ile stypendiów, nawet niewielkich, zostało wręczonych i przyjętych.

Kan. 829. — Obowiązek nie ustaje, chociażby bez winy mającego obowiązek odprawiania, otrzymane stipendia mszalne zginęły.

Kan. 830. — Gdyby ktoś ofiarował sumę pieniężną na Msze św., nie oznaczając ich liczby,

earundem numerum, hic supputetur secundum eleemosynam loci in quo oblator morabatur, nisi aliam fuisse eius intentionem legitime praesumi debeat.

Can. 831. — § 1. Ordinarii loci est manuale Missarum stipem in sua dioecesi definire per decretum, quantum fieri potest, in dioecesana Synodo latum; nec sacerdoti licet ea maiorem exigere.

§ 2. Ubi desit Ordinarii decretum, servetur consuetudo dioecesis.

§ 3. Etiam religiosi, licet exempti, circa stipem manuale stare debent decreto Ordinarii loci aut dioecesis consuetudini.

Can. 832. — Sacerdoti fas est oblatam ultro maiorem stipem pro Missae applicatione accipere; et, nisi loci Ordinarius prohibuerit, etiam minorem.

Can. 833. — Praesumitur oblatorem petisse solam Missae applicationem; si tamen oblator expresse aliquas circumstantias in Missae celebratione servandas determinaverit, sacerdos, eleemosynam acceptans, eius voluntati stare debet.

Can. 834. — § 1. Missae pro quibus celebrandis tempus ab oblatore expresse praescriptum est, eo omnino tempore sunt celebrandae.

§ 2. Si oblator nullum tempus pro Missarum manualium celebratione expresse praescripserit:

określa się ją według wielkości stypendium przyjętej w miejscu ofiarodawcy, chyba że należy prawnie przypuszczać, iż jego zamiar był inny.

Kan. 831. — § 1. Miejscowy ordynariusz powinien, o ile to możliwe, na synodzie diecezjalnym określić dekretem wysokość manualnego stypendium mszalnego w swojej diecezji; kapłanowi nie wolno żądać wyższego, niż to, stypendium.

§ 2. Gdzie brak dekretu ordynariusza, należy zachować zwyczaj diecezjalny.

§ 3. Także zakonnicy, nawet wyjęci, w sprawie stypendium mszalnego muszą stosować się do dekretu miejscowego ordynariusza albo diecezjalnego zwyczaju.

Kan. 832. — Wolno kapłanowi przyjąć wyższe stypendium ofiarowane dobrowolnie na intencję mszalną; także i niższe, chyba że miejscowy ordynariusz zabronił.

Kan. 833. — Przypuszcza się, że ofiarodawca prosił o odprawienie samej Mszy św., gdyby jednak ofiarodawca wyraźnie postawił jakieś warunki przy odprawianiu Mszy św., kapłan przyjmujący intencję musi jego wolę wypełnić.

Kan. 834. — § 1. Msze św., które mają być odprawione w czasie wyraźnie przez ofiarodawcę określonym, muszą być stanowczo w tym czasie odprawione.

§ 2. Gdyby ofiarodawca nie określił wyraźnie żadnego terminu, przy odprawianiu Mszy św. manualnych:

1-0. Missae pro urgenti causa oblatae quamprimum tempore utili sunt celebrandae;

2-0. In aliis casibus Missae sunt celebrandae intra modicum tempus pro maiore vel minore Missarum numero.

§ 3. Quod si oblator arbitrio sacerdotis tempus celebrationis expresse reliquerit, sacerdos poterit tempore quo sibi magis placuerit, eas celebrare, firmo praescripto can. 835.

Can. 835. — Nemini licet tot Missarum onera per se celebrandarum recipere quibus intra annum satisfacere nequeat.

Can. 836. — In ecclesiis in quibus ob fidelium peculiarem devotionem Missarum eleemosynae ita affluunt, ut omnes Missae celebrari ibidem debito tempore nequeant, moneantur fideles, per tabellam in loco patenti et obvio positam, Missas oblatae celebratum iri vel ibidem, cum commode poterit, vel alibi.

Can. 837. — Qui Missas per alios celebrandas habet, eas quamprimum distribuat, firmo praescripto can. 841; sed tempus legitimum pro earundem celebratione incipit a die quo sacerdos celebraturus easdem receperit, nisi aliud constet.

Can. 838. — Qui habent Missarum numerum de quibus sibi liceat libere disponere, possunt eas tribuere sacerdotibus sibi

1-0. Msze zamówione w intencji pilnej powinny być odprawione w czasie możliwie najszybszym;

2-0. W innych wypadkach Msze św. powinny być odprawione w czasie odpowiednim w zależności od większej lub mniejszej ich ilości.

§ 3. Gdyby ofiarodawca czas odprawiania zostawił wyraźnie do uznania kapłana, tenże, nie naruszając przepisu kan. 835, może je odprawiać w czasie dla siebie odpowiednim.

Can. 835. — Nikomu nie wolno przyjmować do odprawiania tyle Mszy św., żeby nie mógł podołać obowiązkowi ich odprawienia w ciągu roku.

Can. 836. — W kościołach, gdzie ze względu na szczególną pobożność wiernych ofiary mszalne płyną, tak że nie wszystkie mogą tam być odprawione we właściwym czasie, wierni mają być powiadomieni przez ogłoszenie na miejscu widocznym, że intencje mszalne będą odprawiane w miarę możliwości na miejscu lub gdzie indziej.

Can. 837. — Kto posiada intencje, które mają być odprawione przez innych, powinien je, nie naruszając przepisu kan. 841, rozdzielić jak najprędzej; czas jednak prawny do ich odprawiania, jeżeli nie wiadomo inaczej, zaczyna się od dnia, w którym doręczono je kapłanowi mającemu odprawiać.

Can. 838. — Kto ma do dyspozycji zbywającą ilość intencji mszalnych, może je rozdzielić między wybranych kapła-

acceptis, dummodo probe sibi constet eos esse omni exceptione maiores vel testimonio proprii Ordinarii commendatos.

Can. 839. — Qui Missas a fidelibus receptas aut quoquo modo suae fidei commissas aliis celebrandas tradiderint, obligatione tenentur usque dum acceptae ab eisdem obligationis et recepti stipendii testimonium obtinuerint.

Can. 840. — § 1. Qui Missarum stipes manuales ad alios transmittit, debet acceptas integre transmittere, nisi aut oblator expresse permittat aliquid retinere, aut certo constet excessum supra taxam dioecesanam datum fuisse intuitu personae.

§ 2. In Missis ad instar manualium nisi obstet mens fundatoris, legitime retinetur excessus et satis est remittere solum eleemosynam manualementem dioecesis in qua Missa celebratur, si pinguis eleemosyna locum pro parte teneat dotis beneficium aut causae piae.

Can. 841. — § 1. Omnes et singuli administratores causarum piarum aut quoquo modo ad Missarum onera implenda obligati, sive ecclesiastici sive laici, sub exitum cuiuslibet anni, Missarum onera quibus nondum fuerit satisfactum, suis Ordinariis tradant secundum modum ab his definiendum.

§ 2. Hoc autem tempus ita est accipiendum ut in Missis ad

nów, byleby pewny był, że są poza wszelkimi podejrzeniami lub są poleceni przez własnego ordynariusza.

Kan. 839. — Kto otrzymał intencje mszalne od wiernych albo powierzone sobie w jakikolwiek sposób przekazał innym, dotąd jest związany obowiązkiem, dopóki nie otrzymał od nich zaświadczenia o przyjętym zobowiązaniu i otrzymanym stypendium.

Kan. 840. — § 1. Kto przesyła stypendia mszalne manualne do innych, musi je przysłać w całości, tak jak je otrzymał, chyba że ofiarodawca wyraźnie zezwala coś zatrzymać, albo wiadomo na pewno, że nadwyżka ponad taksę diecezjalną dana była ze względu na osobę.

§ 2. We Mszach na podobieństwo manualnych, jeżeli nie stoi na przeszkodzie wola fundatora, wolno prawnie zatrzymać nadwyżkę; wystarczy przesłać samo stypendium manualne, jakie obowiązuje w diecezji, gdzie Msza będzie odprawiana, gdy nadwyżka ofiary uzupełnia częściowo wyposażenie beneficjum albo dzieła zbożnego.

Kan. 841. — § 1. Wszyscy i poszczególni zarządcy instytucji pobożnych albo w jakikolwiek sposób zobowiązani do wykonania obowiązków mszalnych, duchowni lub świeccy, pod koniec każdego roku, intencje mszalne nieodprawione jeszcze powinni przekazać swoim ordynariuszom w sposób przez nich nakazany.

§ 2. Czas ten natomiast tak należy pojmować, że we Mszach

instar manualium obligatio eas deponendi decurrat a fine illius anni intra quem onera impleri debuissent; in manualibus vero, post annum a die suscepti oneris, salva diversa offerentium voluntate.

Can. 842. — Ius et officium advigilandi ut onera Missarum adimpleantur, in ecclesiis saecularium pertinet ad loci Ordinarium; in religionum ecclesiis, ad eorum Superiores.

Can. 843. — § 1. Rectores ecclesiarum aliorumque piorum locorum sive saecularium sive religionum in quibus elemosynae Missarum recipi solent, peculiarem habeant librum in quo accurate notent Missarum receptarum numerum, intentionem, elemosynam, celebrationem.

§ 2. Ordinarii tenentur obligatione singulis saltem annis huiusmodi libros sive per se ipsi sive per alios recognoscendi.

Can. 844. — § 1. Ordinarii quoque locorum et Superiores religiosi qui propriis subditis aliisve Missas celebrandas committunt, quas acceperint Missas cum suis elemosynis cito in librum per ordinem referant eurentque pro viribus ut quamprimum celebrentur.

§ 1. Imo omnes sacerdotes sive saeculares sive religiosi debent accurate adnotare quas quisque Missarum intentiones receperit, quibusve satisfecerit.

na podobieństwo manualnych obowiązek ich przekazania upływa z końcem tego roku, w którym powinny być odprawione; w manualnych zaś, nie naruszając innej woli ofiarodawców, po roku od dnia przyjętego stypendium.

Kan. 842. — Prawo i obowiązek czuwania, żeby przyjęte Msze św. były odprawione, należy w kościołach świeckich do miejscowego ordynariusza; w kościołach zakonnych — do ich przełożonego.

Kan. 843. — § 1. Rektorzy kościołów i innych instytucji pobożnych, świeckich bądź zakonnych, gdzie zwykło się zbierać ofiary na Mszę św., powinni mieć specjalną księgę, do której należy dokładnie zapisać ilość Mszy św., intencję, ofiarę, odprawienie.

§ 2. Ordynariusze mają obowiązek sprawdzania co rok tych księzek osobiście albo przez innych.

Kan. 844. — § 1. Miejscowi również ordynariusze i przełożeni zakonnicy, którzy powierzają swoim podwładnym i innym Msze św. do odprawiania, otrzymywane intencje wraz z ofiarami powinni zaraz zapisać kolejno do księgi oraz w miarę możliwości starać się, żeby odprawione były jak najprędzej.

§ 1. Owszem, wszyscy kapłani, świeccy lub zakonnicy, muszą dokładnie odnotować, ile każdy Mszy św. otrzymał i kiedy odprawił.

Caput II
De sanctissimo Eucharistiae
sacramento

Art. I. De ministro sacrae communionis.

Can. 845. — § 1. Minister ordinarius sacrae communionis est solus sacerdos.

§ 2. Extraordinarius est diaconus, de Ordinarii loci vel parochi licentia, gravi de causa concedenda, quae in casu necessitatis legitime praesumitur.

Can. 846. — § 1. Quilibet sacerdos intra Missam et, si privatim celebrat, etiam proxime ante et statim post, sacram unionem ministrare potest, salvo praescripto can. 869.

§ 2. Etiam extra Missam quilibet sacerdos eadem facultate pollet ex licentia praesumpta rectoris ecclesiae, si sit extraneus.

Can. 847. — Ad infirmos publice sacra communio deferatur, nisi iusta et rationabilis causa aliud suadeat.

Can. 848. — § 1. Ius et officium sacram unionem publice ad infirmos etiam non paroecianos extra ecclesiam deferendi, pertinet ad parochum intra suum territorium.

§ 2. Ceteri sacerdotes id possunt in casu tantum necessitatis aut de licentia saltem praesumpta eiusdem parochi vel Ordinarii.

Can. 849. — § 1. Communio privatim ad infirmos quilibet sacerdos deferre potest, de venia saltem praesumpta sacer-

Rozdział II
O Najświętszym Sakramencie
Eucharystii

Art. I. O szafarzu Komunii św.
Kan. 845. — § 1. Zwyczajnym szafarzem Komunii św. jest tylko kapłan.

§ 2. Nadzwyczajnym jest diakon za zgodą miejscowego ordynariusza lub proboszcza, udzieloną z ważnej przyczyny, którą się przypuszcza w wypadku konieczności.

Kan. 846. — § 1. Nie naruszając przepisu kan. 869, każdy kapłan może rozdawać Komunię św. podczas Mszy św., a gdy odprawia prywatnie, także bezpośrednio przed i zaraz po.

§ 2. Także poza Mszą św., każdy kapłan, a jeżeli jest obcy, przynajmniej za domyślną zgodą rządcy kościoła, posiada tę samą władzę.

Kan. 847. — Jeżeli słuszna i rozumna przyczyna nie zaleca inaczej, Komunię św. do chorych należy znosić publicznie.

Kan. 848. — § 1. Prawo i obowiązek zanoszenia Komunii św. publicznie do chorych, nawet nie parafian, poza kościoł, w obrębie parafii, należy do proboszcza.

§ 2. Inni kapłani mogą to tylko w wypadku konieczności i za domniemaną przynajmniej zgodą tegoż proboszcza lub ordynariusza.

Kan. 849. — § 1. Za domniemaną przynajmniej zgodą kapłana, któremu powierzona jest piecza Najśw. Sakramentu, każ-

dotis, cui custodia sanctissimi Sacramenti commissa est.

§ 2. Quando privatim sacra communio infirmis ministratur, reverentiae ac decentiae tanto sacramento debitae sedulo consulatur, servatis a Sede Apostolica praescriptis normis.

Can. 850. — Sacrum communionem per modum Viatici sive publice sive privatim ad infirmos deferre, pertinet ad parochum ad normam can. 848, salvo praescripto can. 397, n. 3 et can. 514, §§ 1—3.

Can. 851. — § 1. Sacerdos sacram communionem distribuatur azy mo pane vel fermentato, secundum proprium ritum.

§ 2. Ubi vero necessitas urgeat nec sacerdos diversi ritus adsit, licet sacerdoti orientali qui fermentato utitur, ministrare Eucharistiam in azy mo, vicissim latino aut orientali qui utitur azy mo, ministrare in fermentato; at suum quisque ritum ministrandi servare debet.

Can. 852. — Sanctissima Eucharistia sub sola specie panis praebeatur.

Art. II. — *De subiecto sacrae communionis.*

Can. 853. — Quilibet baptizatus qui iure non prohibetur, admitti potest et debet ad sacram communionem.

Can. 854. — § 1. Pueris, qui propter aetatis imbecillitatem

dy kapłan może zanieść chorym Komunię św. prywatnie.

§ 2. Gdy Komunia św. jest udzielana chorym prywatnie, zaleca się usilnie przy zachowaniu przepisów wydanych przez Stolicę Ap., należne tak wielkiemu sakramentowi stosowne uszanowanie.

Can. 850. — Nie naruszając przepisów kan. 397, n. 3 i kan. 514 §§ 1—3, zanoszenie Komunii św. chorym jako wiatyku, publicznie lub prywatnie, należy do proboszcza, stosownie do postanowień kan. 848.

Can. 851. — § 1. Kapłan powinien rozdawać Komunię św. pod postacią chleba praśnego lub kwaszonego, stosownie do własnego obrządku.

§ 2. W razie nagłej konieczności, gdy nie ma kapłana innego obrządku, wolno kapłanowi wschodniemu, który używa chleba kwaszonego, rozdawać Eucharystię pod postacią chleba praśnego i na odwrót — kapłanowi łacińskiemu lub wschodniemu, który używa praśnego, rozdawać pod postacią kwaszonego; każdy jednak musi przy szafowaniu zachować obrządek własny.

Can. 852. — Najświętszą Eucharystię rozdaje się tylko pod jedną postacią.

Art. II. — *O podmiocie Komunii św.*

Can. 853. — Każdy ochrzczony, któremu prawo tego nie zabrania, może i powinien być dopuszczony do Komunii św.

Can. 854. — § 1. Nie wolno udzielać Eucharystii dzieciom,

nondum huius sacramenti cognitionem et gustum habent, Eucharistia ne ministretur.

§ 2. In periculo mortis, ut sanctissima Eucharistia pueris ministrari possit ac debeat, satis est ut sciant Cirpus Christi a communi cibo discernere illudque reverenter adorare.

§ 3. Extra mortis periculum plenior cognitio doctrinae christianae et accuratior praeparatio merito exigitur, ea scilicet, qua ipsi fidei saltem mysteria necessaria necessitate medii ad salutem pro suo captu percipiant, et devote pro suae aetatis modulo ad sanctissimam Eucharistiam accedant.

§ 4. De sufficienti puerorum dispositione ad primam communionem iudicium esto sacerdoti a confessionibus eorumque parentibus aut iis qui loco parentum sunt.

§ 5. Parocho autem est officium advigilandi, etiam per examen, si opportunum prudenter iudicaverit, ne pueri ad sacram Synaxim accedant ante adeptum usum rationis vel sine sufficienti dispositione; itemque curandi ut usum rationis assecuti et sufficienter dispositi quamprimum hoc divino cibo reficiantur.

Kan. 855. — § 1. Arcendi sunt ab Eucharistia publice indigni, quales sunt excommunicati, interdicti manifestoque infames, nisi de eorum poenitentia et

które ze względu na niedojrzałość wieku nie są zdolne do rozważania i pragnienia tego sakramentu.

§ 2. W niebezpieczeństwie śmierci, do tego żeby dzieciom można i trzeba było udzielać Eucharystię, wystarczy, że umieją odróżnić Ciało Pańskie od zwykłego pokarmu i pobożnie je uczcić.

§ 3. Poza niebezpieczeństwem śmierci, wymaga się słusznie pełniejszego poznania nauki chrześcijańskiej i lepszego przygotowania, takiego mianowicie, żeby rozumiały odpowiednio do swoich możliwości, przynajmniej tajemnice niezbędne do zbawienia i przystępowały do Najświętszego Sakramentu pobożnie, stosownie do swego wieku.

§ 4. Sąd o wystarczającym przygotowaniu dzieci do pierwszej Komunii św. należy do spowiednika, ich rodziców albo ich zastępów.

§ 5. Proboszcz natomiast ma obowiązki dopilnowania, nawet przy pomocy egzaminu, jeżeli roztropnie uzna to za potrzebne, żeby dzieci nie przystępowały do Komunii św. przed dojściem do używania rozumu i bez wystarczającego przygotowania; starania się również, żeby po dojściu do używania rozumu i po wystarczającym przygotowaniu jak najprędzej przyjmowały ten pokarm niebiański.

Kan. 855. — § 1. Nie wolno dopuszczać do Komunii św. publicznie niegodnych, jakimi są ekskomunikowani, będący pod interdyktem i jawnie pozbawieni

emendatione constet et publico scandalo prius satisfecerint.

§ 2. Occultos vero peccatores, si occulte petant et eos non emendatos agnoverit, minister reppellat; non autem, si publice petant et sine scandalo ipsos praeterire nequeat.

Can. 856. — Nemo quem conscientia peccati mortalis gravat, quantumcumque etiam se contritum existimet, sine praemissa sacramentali confessione ad sacram communionem accedat: quod si urgeat necessitas ac copia confessarii illi desit, actum perfectae contritionis prius eliciat.

Can. 857. — Nemini liceat sanctissimam Eucharistiam recipere, qui eam eadem die iam receperit, nisi in casibus de quibus in can. 858, § 1.

Can. 858. — § 1. Qui a media nocte ieiunium naturale non servaverit, nequit ad sanctissimam Eucharistiam admitti, nisi mortis urgeat periculum, aut necessitas impediendi irreverentiam in sacramentum.

§ 2. Infirmi tamen qui iam a mense decumbunt sine certa spe ut cito convalescant, de prudenti confessarii consilio sanctissimam Eucharistiam sumere possunt, semel aut bis in hebdomada etsi aliquam medicinam vel aliquid per modum potus antea sumpserint.

Can. 859. — § 1. Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis, idest ad ra-

czci, chyba, że wiadomo o ich pokucie i poprawie oraz, że uprzednio naprawili publiczne zgorzenie.

§ 2. Tajnych natomiast grzeszników, gdyby prosili tajnie, szafarz nie może dopuścić, jeżeli wie, że się nie poprawili; musi jednak dopuścić, gdy proszą publicznie i nie da się ich pominąć bez zgorzenia.

Kan. 856. — Nie wolno nikomu, będąc w grzechu śmiertelnym, gdyby nawet uważał się za skruszonego, przystępować do Komunii św. bez sakramentalnej spowiedzi; w wypadku konieczności, gdyby nie było spowiednika, należy uprzednio wykonać akt żalu doskonałego.

Kan. 857. — Nikomu nie wolno przyjmować Komunii św. gdy w tym samym dniu, już ją przyjmował, chyba że mowa o wypadkach w kan. 858 § 1.

Kan. 858. — § 1. Kto nie zachował od północy naturalnego postu, nie może być dopuszczony do Najświętszej Eucharystii, chyba że grozi niebezpieczeństwo śmierci albo potrzeba uniknięcia zniewagi względem sakramentu.

§ 2. Chorzy natomiast leżący od miesiąca bez nadziei na szybkie wyzdrowienie, za roztropną radą spowiednika, mogą raz lub dwa razy w tygodniu przyjmując Najśw. Eucharystię, chociażby spożyli przedtem jakieś lekarstwo lub coś w postaci płynnej.

Kan. 859. — § 1. Każdy obojga płci wierny, doszedłszy do lat rozeznania tj. do używania

tionis usum, pervenerit, debet semel in anno saltem in Paschate, Eucharistiae sacramentum recipere, nisi forte de consilio proprii sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum.

§ 2. Paschalis communio fiat a dominica Palmarum ad dominicam in albis; sed locorum Ordinariis fas est, si ita personarum ac locorum adiuncta exigant, hoc tempus etiam pro omnibus suis fidelibus anticipare, non tamen ante quartam diem dominicam Quadragesimae, vel prorogare, non tamen ultra festum sanctissimae Trinitatis.

§ 3. Suadendum fidelibus ut huic praecepto satisfaciant in sua quisque parocia; et qui in aliena parocia satisfecerint, curent proprium parochum de adimpleto praecepto certiore facere.

§ 4. Praeceptum paschalis communionis adhuc urget, si quis illud praescripto tempore, quavis de causa, non impleverit.

Can. 860. — Obligatio praeccepti communionis sumendae, quae impuberes gravat, in eos quoque ac praecipue recidit, qui ipsorum curam habere debent, idest in parentes, tutores, confessarium, institutores et parochum.

Can. 861. — Praecepto communionis recipiendae non satisficit per sacrilegam communionem.

Can. 862. — *Expedit ut feria V maioris hebdomadae omnes*

rozumu, ma obowiązek przyjmowania raz do roku, przynajmniej na Wielkanoc, sakrament Eucharystii, chyba że za radą własnego kapłana, dla jakiejś rozumnej przyczyny, uznałby, iż należy się do czasu powstrzymać od przyjęcia.

§ 2. Komunia wielkanocna powinna trwać od niedzieli palmowej do niedzieli przewodniej; miejscowi jednak ordynariusze mogą ten czas, nawet dla wszystkich wiernych, gdy wymagają tego okoliczności osób i miejsca, rozciągnąć wstecz, nie dalej jednak, niż do czwartej niedzieli Postu lub przeciągnąć, jednak nie poza niedzielę Trójcy św.

§ 3. Należy zachęcać wiernych do wykonywania tego przykazania we własnej parafii; ktoby jednak wykonał przykazanie w obcej parafii, powinien ztroszczyć się, żeby powiadomić o tym własnego proboszcza.

§ 4. Przykazanie Komunii wielkanocnej obowiązuje nadal, jeżeli ktoś nie spełnił go dla jakiegokolwiek przyczyny w czasie nakazanym.

Can. 860. — Obowiązek przyjmowania Komunii św. przez nieletnich obciąża również i to głównie tych, którzy mają rozstrząsać nad nimi opiekę, a więc rodziców, opiekunów, spowiednika, wychowawców i proboszcza.

Can. 861. — Nie spełnia się przykazania przez przyjęcie Komunii świętokradzko.

Can. 862. — Wypada, żeby w W. Czwartek wszyscy duchow-

clerici, etiam sacerdotes qui ea die a Sacro litando abstinent, sanctissimo Christi Corpore in Missa sollemni seu conventuali reficiantur.

Can. 863. — Excitentur fideles ut frequenter, etiam quotidie, pane Eucharistico reficiantur ad normas in decretis Apostolicae Sedis traditas; utque Missae adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam sanctissimae Eucharistiae perceptione, rite dispositi, communicent.

Can. 864. — § 1. In periculo mortis, quavis ex causa procedat, fideles sacrae communionis recipiendae praecepto tenentur.

§ 2. Etiamsi eadem die sacra communione fecerint refecti, valde tamen suadendum, ut in vitae discrimen adducti denuo communicent.

§ 3. Perdurante mortis periculo, sanctum Viaticum, secundum prudens confessarii consilium, pluries, distinctis diebus, administrari et licet et decet.

Can. 865. — Sanctum Viaticum infirmis ne nimium differatur; et qui animarum curam gerunt, sedulo advigilent ut eo infirmi plene sui compotes reficiantur.

Can. 866. — § 1. Omnibus fidelibus cuiusvis ritus datur facultas ut, pietatis causa, sacramentum Eucharisticum quolibet ritu confectum suscipiant.

wni, także kapłani powstrzymujący się w tym dniu od odprawiania Mszy św., spożywali podczas uroczystej czyli konwentalnej Mszy św. Najświętsze Ciało Chrystusowe.

Kan. 863. — Wiernych należy zachęcać, żeby przyjmowali często, nawet codziennie, Chleb Eucharystyczny stosownie do zasad przedstawionych w dekretach Stolicy Ap.; żeby obecni na Mszy św. nie tylko duchem, ale należycie przygotowani uczestniczyli w niej także przez przyjmowanie Najświętszej Eucharystii.

Kan. 864. — § 1. W niebezpieczeństwie śmierci, z jakiegokolwiek grozi przyczyny, obowiązuje wiernych przykazanie przyjęcia Komunii św.

§ 2. Chociażby w tym samym dniu nakarmieni byli Komunią św., zaleca się jednak bardzo przyjąć ją ponownie, gdyby groziła im utrata życia.

§ 3. Podczas trwania niebezpieczeństwa śmierci, wolno i należy według roztropnej rady spowiednika, przyjmować św. Wiatyk wiele razy, w różnych dniach.

Kan. 865. — Chorym nie należy odkładać zbyt długo św. Wiatyku; duszpasterze zaś powinni pilnie uważać, żeby chorzy przyjmowali go w pełni świadomości.

Kan. 866. — § 1. Wszystkim wiernym, jakiegokolwiek obrządku daje się możliwość przyjmowania z pobożności sakramentu Eucharystii konsekrowanej w jakimkolwiek obrządku.

§ 2. Suadendum tamen ut suo quisque ritu fideles praecepto communionis paschalis satisfaciant.

§ 3. Sanctum Viaticum moribundis ritu proprio accipiendum est; sed, urgente necessitate, fas esto quolibet ritu illud accipere.

Art. III. — De tempore et loco quo sacra communio distribui potest.

Can. 867. — § 1. Omnibus diebus licet sanctissimam Eucharistiam distribuere.

§ 2. Feria tamen VI maioris hebdomadae solum licet sacrum Viaticum ad infirmos deferre.

§ 3. In Sabbato Sancto sacra communio nequit fidelibus ministrari nisi inter Missarum sollemnia vel continuo ac statim ab iis expletis.

§ 4. Sacra communio iis tantum horis distribuatur, quibus Missae sacrificium offerri potest, nisi aliud rationabilis causa suadeat.

§ 5. Sacrum tamen Viaticum quacunque diei aut noctis hora ministrari potest.

Can. 868. — Sacerdoti celebranti non licet Eucharistiam intra Missam distribuere fidelibus adeo distantibus ut ipse altare e conspectu amittat.

Can. 869. — Sacra communio distribui potest ubicunque Missam celebrare licet, etiam in oratorio privato, nisi loci Ordinarius, iustis de causis, in casibus particularibus id prohibuerit.

§ 2. Należy jednak radzić, żeby wierni każdy w swoim obrządku spełnił przykazanie wielkanocnej Komunii.

§ 3. Chorzy powinni przyjmować św. Wiatyk we własnym obrządku; w wypadku jednak konieczności wolno go przyjąć w każdym obrządku.

Art. III. — O czasie i miejscu, gdzie może być rozdawana Komunia św.

Kan. 867. — § 1. Wolno każdego dnia udzielać Najśw. Eucharystii.

§ 2. W W. Piątek jednak wolno jedynie chorym zanosić św. Wiatyk.

§ 3. W W. Sobotę Komunia św. może być udzielana tylko podczas Mszy św. i bezpośrednio po jej ukończeniu.

§ 4. Jeżeli rozumna przyczyna nie zaleca inaczej, można udzielać Komunii św. w tych tylko godzinach, w których wolno odprawiać Mszę św.

§ 5. Wiatyk natomiast można rozdzielać o każdej godzinie dnia i nocy.

Kan. 868. — Nie wolno celebrującemu kapłanowi podczas Mszy św. udzielać Komunii wiernym, stojącym tak daleko, że traci się z oczu sam ołtarz.

Kan. 869. — Jeżeli miejscowy Ordynariusz w poszczególnych wypadkach i dla słusznych przyczyn tego nie zabrania, wolno udzielać Komunii św. wszędzie, gdzie można odprawiać Mszę św., nawet w kaplicy prywatnej.